

plurimis erroribus mentis & malitiâ voluntatis cœcus permanfit. Matth. XXIII. 37.

VII. Quum gratiam inhabitantem homini ex justo iudicio DEus subtrahit, gratiâ tamen convertente & revocante eidem perpetuò affistit. Ef. LXV. 2. Ap. III. 20.

VIII. Gratia Divina, semel homini collata & Sacramento confirmata, quantum ad DEum, nunquam retrahitur, suspenditur autem quoad hominem nonnunquam aut tollitur ejus effectus ob infidelitatem. Rom. III. 3.

IX. Quamquam Scripturæ phrasi in homine tantum regenito cum victoriâ luctetur Spiritus inhabitans contra carnem, Rom. VII. 14. f. Gal. V. 17. tamen experientia simul sole clarior testatur, in ipsis conversionis initiis luctari Spiritum cum carne, nec uno momento voluntatem hominis ad DEum plenè converti. Chemnitius. Hutterus.

X. Non sunt Enthusiasmi, ut putat Claud. Pajonus, rei, qui DEum immediatè cum verbo & per verbum ad conversionem concurrere docent, id est, verbo non moralem tantum, sed physicam etiam aut physicæ analogam operationem adscribunt; Rom. I. 16. Luc. II. 11.

XI. Nec etiam Enthusiasmi accusari possunt, qui DEum cum verbo in uno homine majori virtute & successu, quam in alio agere adseverant. I. Cor. XII. 11.

XII. Nulla naturalia impedimenta, utpote organorum, locorum, vitæ, disciplinæ, minus apta dispositio, ita remorari conversionem possunt, quin per inditam verbo virtutem possint superari.

---

Disp. XXIX.

De

Pœnitentiâ.

I.

**P**œnitentiam, partialiter acceptam, sano sensu dispositionem & præparationem ad fidem, mediumq; perveniendi ad fidem vocare non verentur Theologi. Ex Matth. III. 3. Act. III. 48.

II. Non